

Quod si aliquis super aliqua causa ab Apostolica Sede impetraverit litteras, & adversarius eius eandem causam postmodum obtinuerit committi altis, de commissione prioris non habita mentione, priores Judices ad decisionem causae possunt procedere, nec secunda littera obtinent alicujus roboris firmitatem. Si vero in secundis litteris habeatur mentio de commissione priorum, praedicta causa a priorum est exempta iudicio; cum eadem litterarum sint veritate tacita impetrata. Verum si assensu partium causa committitur, & processu temporis, vel etiam continuo alterata pars, altera nesciente, causam ipsam, tacito de commissione priorum, alii Judices obtinuerit delegari, non immerito is, qui tali dolo, vel fraude adversarium suum laborare coegit, in expensis condemnari debet eidem.

NOTAE.

Vintoniensi ubi.

Vintoniensi. Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 3. ubi additur pars capituli quavis, ut cognoscatur in praesenti referri partem text. in c. quavis, de offi. deleg. c. quavis, alias illud, de iurapar. c. quavis, de testib. in collect. c. quavis de testibus cogendis, in ead. collect. Vintonia est Civitas Angliae, cujus Episcopus suffraganeus est Archiepiscopus Cantuar. ut refert Vergil. l. 4. hist. Angliae, fol. 85, cujus Ecclesiae Cathedralis mentio fit in c. Vintoniensi 25. de elect. c. 3. de offi. Vicarii, c. 3. de dolo, c. per tuas, & de appell. & aliis.

COMMENTARIUM.

Conclusio probatur.

EX hac epist. sequens deducitur communiter assertio: Si in secundo scripto per adversarium impetrato, non fiat mentio primi, non secunduam sed primum sustinetur. Probant textus in c. si autem 9. c. ex parte 2. c. cum dilecta 22. c. plurimaeque 23. c. cum contingat 24. c. ex reno, hoc tit. c. cassam, que 2. de iudiciis, c. ex tua, de filiis presby. c. pastorali 28. c. ex litteris 29. c. coram 34. de offi. deleg. c. sicut nobis, de offi. Vicarii, c. 2. de dolo & contum. c. audita 4. de res. spol. c. penult. de preser. c. in caussa 19. de re iudic. c. cum tenemur 20. de prob. c. cum nostris 6. de concess. prob. c. 2. hoc tit. l. 6. c. dudum 31. de privileg. Consonat lex 27. & 39. tit. 18. parit. 3. Illustrant Sanchez. l. 8. de marita. disp. 21. n. 3. Basil. cod. tit. l. 8. c. 17. §. 1. Gutierrez. l. 1. canonica. 15. Molina. l. 2. de primos. t. 4. n. 5. Salas de leg. disp. 17. fol. 14. n. 71. Suar. ead. tit. l. 8. c. 39. n. 5. Petr. Greg. M. Uranus, Ant. de Burgos, Prosperus Pagn. ad hunc text. plures quos congerunt Luna & Arellanus l. 1. antequam. 1.

Adhibetur dubitandi ratio.

Hec tamen conclusio ita illustrata ingentes patitur dubitandi rationes. Prima ex eo nascitur, nam rescripta inter partes, a quibus, & contra quas impetrantur, pro legibus habentur, & vim legum obtinent, l. ultim. C. de legibus, c. in caussa 19. de re iudic. c. licet 15. 16. q. 3. licet 3. de sponsa duntaxat: & ideo post titulum de constitutionibus, statim sequitur sententiam de rescriptis, omnes antiquiores in hac rubrica notant, & Valentis, Honoris, Canisus, Legaure, Chaffaneus, Gofredus, Valconcellos, & Cironius in paratit. l. ad hunc tit. Petrus Gregor. ad hunc tit. c. 1. sed leges posteriores, est de prioribus mentionem non faciunt, valent, & ita ab illis derogantur, l. sed de posterioribus, ff. de legibus, c. 1. de consil. l. 6. ubi probat D. Mich. Moez: sicut contingit in pactis, que inter pacificos pro legibus observantur, l. si unus 27. §. pactus, ff. de pactis, l. pacta 12. G. cod. tit. & in iudiciis, ubi nova voluntas potior est, l. in duobus 28. §. uti, ff. de iurjur. in constitutione Procuratoris, l. si quis 31. §. Julianus, ff. de procur. in testamentis, l. si quis, in princ. ff. de legat. 1. l. si quis priore 29. ff. ad Trebel. in codicillis, l. Div. G. §. licet, ff. de iura codicil. ergo etiam rescripta posteriora, etiam nulla mentione facta priorum, valida sunt, cum novissimum contineat voluntatem. Auguetur primo hac difficultas ex c. sicut 9. plurimaeque 23. hoc tit. ubi aperte deciditur, quod si ille, qui primo impetravit rescriptum, conveniatur auctoritate posterioris ad adversa parte impetrati, & postquam conventus est, intra annum suo primo rescripto, aut ob malitiam, aut ob ignorantiam non utatur, potest per secundas litteras conveniri, est in eis de prioribus mentio non fiat. Nec difficultatem elargiet, qui dixerit, quod ius prioris rescripti per non usum fuerat amissum, & sic secundum vires habere; nam tunc obtinet, quod secundum rescriptum prioris mentionem non faciens fuit ab initio nullum, ex supra traditis pro illustratione conclusionis: ergo tractu temporis, videlicet per lapsum unius anni, convalere non poterat, ex regula legis quod ab initio, ff. de reg. iur. & in specie probat text. in c. pastorali 24. §. 2. hoc tit. Auguetur secundo dicta difficultas ex illis verbis presentis text. In expensis condemnari debet eidem, in quibus docetur, partem impetrantem secundum rescriptum omnia primi mentione condennari in expensis litis occasione secundi rescripti moti: ergo non ita nullum est secundum rescriptum, ut nihil operetur: siquidem eo convenire potest, cum effectu adversarios. Secunda difficultas militat adversus posteriorem partem presentis assertionis, ubi docetur primum rescriptum post secundi impetrationem, nulla eius facta mentione, validum, & utile manere; & nascitur ex c. sane 2. de offi. deleg. ubi statuitur, quod si duo rescripta fuerint impetrata, & in secundo non fiat prioris mentio, R. Pontificem, & interim in utralique executione superfluentur. Igitur quia primum non praevalet neglecto secundo. Quibus difficultatibus minime obstantibus vera est presentis assertio, pro cujus expositione sciendum est, rescribere, varie accipi in iure, & apud bonos notae Auctores, ut videre est

R. & p. et c. mod.

apud Brisson, Pratejum, & alios Lexicographos. Plurimque accipiuntur pro responsione ad consultationem, seu desiderium alterius, ut apud Ovidium l. 1. ep. 1. Nihil mihi rescribas. Martial. l. 2. epig. 9. Rescripsit, rescripsit Maxia. Ideo Jurconsulti, cum de vero respondendo, rescribere dicebantur, l. ex contractu 44. ubi: Rescripsit, ff. de re iudic. l. Aristo 46. ff. de manumiss. test. l. 3. §. 1. ff. de honor. res. §. sacra, Inst. §. res. divis. ubi: Papiasianus rescripsit: ubi responsum Papiasianum intelligitur; quod exrat in l. adus sacra 63. ff. de contrab. empt. qua etiam in significatione rescripta accipiuntur pro responsis Principum factis ad desideria subditorum aliquid implorantium. Moris namque fuit apud veteres, ut aliquid a Principe impetraturi, rescriberent etiam Principem scripto adirent. Sueton. in Augusto, c. 53. Tacitus l. 4. annal. Brissonius l. 3. sect. c. 7. Revardus in l. omni 71. ff. de reg. iur. quo respiciunt text. in l. libertum 15. ff. de in ius vocando l. item 15. §. si quis libello, ff. de iurjur. l. quatenus 5. ad T. Princ. Principes vero lectis libellis subscribebat, l. non distinguimus 32. cum quidem, ff. de recept. arb. quae subscriptio ad libellos supplices supplices facta rescriptum dicebatur, d. l. libertus 25. l. eius 4. ff. de appell. l. licet 23. de iust. legat. & rescribenteque Imperatores, vel ut satisficerent desiderio privatorum, ut in d. l. non distinguemus, §. tum quidam, l. cetera 41. §. hoc 2. de legat. 1. vel ut responsum darent consultationi eorum, qui iur. iudicando praerant, l. si quis filio 60. ff. de iustis reus, in §. quid tamen: unde in iure civili frequens est rescriptorum mentio, in l. pen. ff. de integ. res. l. 3. ff. de bonis libert. 17. ff. de custodia reorum, l. in, ff. de testam. nullis, l. a. D. Pio, in princ. ff. de re iudic. l. 1. §. cui, l. in q. 3. §. ult. l. si cui §. Imperator, ff. ut in possess. legat. & alius consensu a Brissonio de v. s. verbo Rescriptum. Quo etiam in legis rescripta in praesenti titulo accipiuntur pro litteris Pontificis, quibus ad desideria supplicantium aliquid rescribitur.

Deinde sciendum est, rescripta Pontificia impetrantibus aliquando inutilia esse, & sine effectu, veluti ob falsi supplicionem, c. inter de falsi inst. c. licet 7. de crimine falsi; propter insolitum idioma, c. ad audientiam 11. hoc tit. propter omittum stylum Curiae, c. quam gravi 6. de crimine falsi; si sine die & Consule scripta sint, l. si qua 4. C. de divers. refer. si quid contineat rescriptum in injuriam alterius, l. si socium, l. nec damosa, l. rescripser. C. de precib. impetrat. off. l. nec avus, C. de emancip. liber. aut si per obreptionem, vel subreptionem impetretur, c. super 20. hoc tit. vel si impetrans inhabilis sit, veluti excommunicatus, c. dilectus 27. hoc tit. vel si alieno nomine impetretur sine speciali mandato, c. nonnulli 28. §. finali, hoc tit. Aliquando etiam rescriptum inefficax est, veluti si quis plures litteras ad diversos iudices impetraverit, non facta priorum mentione, c. ex reno 16. hoc tit. vel si per secundum rescriptum primum revocatur, ut in praesenti textu: quos & alios casus consequuntur repetentes ad hunc titulum.

Quibus suppositis ratio presentis decisionis ex eo provenit, nam cum rescripta a petitionis forma effectum, & intellectum accipiunt, c. sedes 15. c. 20. hoc tit. c. inter 6. §. ceterum, de falsi inst. l. est legit. l. fin. C. de divers. refer. inde qui rescriptum impetrat, tenetur Pontifici proponere omnia ea, quae ad causae iustitiam spectant, quaeque ipsam ad rescribendum, vel non, movere possunt; & si veritatem suppressit, vel falsitatem expressit, vitatur rescriptum, c. super 20. ubi dicitur, hoc tit. Quare cum ille, qui impetravit secundum rescriptum, tacuisset primum iam in ipso negotio praefuisse, quod si sciret Pontifex, secundum non concederet, c. sane 2. ubi: Si memores fuissimus, de offi. deleg. ideo per istam suppressionem veritatis rescriptum, ut subreptionem nullius momenti est, ex d. c. super litteris; & cum ille, qui secundum impetravit rescriptum mentione primi non facta, eo animo faceret, ut adversarium diversis supplicibus vexaret, c. coram 34. de offi. deleg. c. inter 20. de re iudic. merito puniuntur in expensis, & sumptibus litis, ut in eo puniatur, in quo delinquit, iuxta text. in c. nemo, de temp. ordin. l. 6. Si vero in secundo rescripto fiat mentio prioris, praevalet secundum, quia cum non fuisset tacita veritate impetratum, non possunt in uno eodemque negotio; tam primum, quam secundum rescriptum observari, necessarium est, ut posterior deroget priori, ex vulgatis principis text. in l. non est notum 22. ff. de leg. l. 1. §. servis, ff. de questionibus, l. si quis, in princ. ff. de legat. 1. Nec oblat prima difficultas supra adducta; nam omnia quae, an rescripta vim legis habent inter ipsos impetrantes, dicendum est magnum discrimen verari inter revocationem legis & rescripti; nam lex posterior derogat priori, data scientia prioris legis in legislatore; tunc enim per posteriorem derogatur priori: at in dubio cum ignorat priorem legem, eius revocatio nullatenus praesumitur, argumento text. in c. ex litteris, de

offi.

De rescribendis p. nullis.

Traditur ratio de. eisdem.

offi. deleg. l. cum qui, ff. de prob. quod factum procedit in rescripto, nam est traditur Principem notitiam habere omnium, l. omnium, C. de test. c. 1. de consil. l. 6. tamen quae rescripta ad privata negotia spectant, nec creditur Principem eorum notitiam habere, majori ratione non praesumitur derogatio prioris per posterius, nisi facta expressa primi mentione. Nec oblat primum argumentum ipsius difficultatis deductum ex d. c. si autem 9. plurimaeque, hoc tit. quia licet rescriptum secundum, non facta priori mentione, vires non habeat, non tamen est ipso iure nullum, sed ita demum si exceptio adversario opponatur: unde si adversarius negligens sit per annum, & non utatur priori rescripto, quia in penam negligentiae privatur iure quae sit prioris rescripto, non potest opponere amplius exceptionem contra secundum, & sic secundum non coalescit tantum lapsu temporis, quantum virtute legis Canonicae, quae disponit, ut ita demum privatur impetrator commodos rescripti, si per annum eo non utatur. Ita praedicta iura accipiuntur post antiquiores, Malcar. de prob. concl. 110. Menoch. de arbit. ca. 202. n. 76. & casu 204. Geom. l. 1. animalis, c. 14. Pachineus, 8. contrav. c. 6. Nec locum argumentum deductum ex illis verbis notis text. In expensis condemnari, adversari: cui, omissis traditis a Butrio in presentibus, n. 13. Hostiensis, n. 3. respondendum est ex supra tradito principio, videlicet quod cum rescriptum secundum impetratum nulla facta priori mentione, non sit ipso iure nullum, imo subsistit, donec per exceptionem elidatur, ideo iudices in eo designati iurisdictionem habent: quare si pars, quae impetravit secundum rescriptum, coram iudicibus in eo designatis presentaverit, & adversarius compareverit ad exceptionem elidendam, iuste damnatur in expensis. Nec contrarium probant illa verba nostri text. Nec secundo aliquid littera roboris obtinet firmitatem: nam ea verba non significant, statim rescriptum nullum esse, sed quoad effectum pro invalido haberi; opposita exceptio, ut contingit in his, quae meta sunt, c. ad audientiam 4. ubi: Quare debentur robori firmitatis, de his quae docent Anton. de Burg. in presentibus, Arellanus ad anteq. n. 1.

Nec secunda difficultas, deducta ex d. c. sane 2. de offi. deleg. rescribatur, pro cujus interpretatione varia adducunt Abbas, Felin. Decius, & Zabarella in eo textu; qui existimant, ubi rescripta fuisse eisdem datae: & cum consistere non possit, quod primum, quod secundum esset, ideo R. Pontificem esse consulendum, ut cognoscatur, cuius virtute elset in iudicio procedendum. Sed hec licet solutio communi antiquiorum calculo approbata sit, rescribitur ex ipso textu in illis verbis: Non facta mentione primum litterarum; ubi supponitur iam tempore datae secundi rescripti, praecessisse prioris litteras. Omnia ergo hac solutione, communiter placuit Antecessoribus nostris illa interpretatio videlicet in d. c. sane, tam primum, quam secundum rescriptum impetratum fuisse ad unum, eodemque iudice, tantum variata formula; quo casu cum tantum in forma dubium emergat, non vero in iudicibus, valentibus secundum rescriptum, cum deficiat ratio nostrae conclusionis: nullis enim sumptibus adversarius vexatur, si quidem coram ipsis iudicibus tempore convenitur; nec diversitas eorum forme inducit falsitatis suspicionem; forsitan enim Pontifex aequo concederet secundum rescriptum sub diversa forma, istdem tamen iudicibus committere, ut pro illius textus expositione considerant Barb. ubi, P. Greg. in presentibus, l. 8. de marita. c. 16. §. 2. n. 14. Menoch. de arbit. casu 438. Anagnan. l. 1. de legib. c. 5. Arellanus ad anteq. 1.

Secundo nostrae conclusionis obstat textus in c. pastorali 12. in princ. hoc tit. ubi proponitur secundum rescriptum fuisse impetratum, cum iam adversarius primum impetraverat. Quae ratio fuit, utrum iudices assignati, tam in primo, quam in secundo rescripto, possint de causis cognoscere? Et responderi Pontifex, tam unum, quam alios iudicare, & cognoscere de meritis causae; ita ut inter eos aliquod dubium emergat, arbitri ex consensu partium eligantur, per quos possit terminari. Ex qua decisione deducitur, rescriptum secundum non facta primi mentione impetratum, vires obtinere, contra supra tradita. Cui difficultati satisfaciendum est asserendo, idem iudices in eo textu, tam primo, quam secundo rescripto cognoscere posse, quia nec iure, nec facto cognoscere valebat revocatio litterarum; aliquo in apparet, vel ex iure, vel ex facto aliquod exis rescriptis adferret elset vitio subreptionis, vel obreptionis, ambigua causa non elset, ut in d. c.

Intelligitur c. p. A. R. & hoc tit.

Traditur ratio de. eisdem.

Inter a ceteris constitutiones tuas fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, cum aliqua sub disjunctione mandantur, quorum unum verum est, alterum falsum; ut puta si proponatur, quod si talis sit Sacerdotis filius, & in Sacerdotio genus, qui & proxime in tali Ecclesia ministravit; vel quod illicite Ecclesiam occupavit eandem. Huius ergo quaestioni taliter responderetur (iudici quocumque istorum constitit) illi praebitam Ecclesiam ad adjudicandam debere: & idem in similibus observandum est.

NOTAE.

Eboracensi. Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 4. & c. p. Conc. Later. p. 1. c. 41. Eboracum antiqua, & nobilis civitas est in Britania; ejus meminerunt Ptolemaeus l. 2. c. 3. Eutropius l. 10. & Candenus, qui eam secundum urbem Anglie appellat, Archiepiscopi Sedem praefecit, & in ea erat Gentilius Archiepiscopus, ut refert Polyd. Virgil. l. 3. hist. Ang. D. D. Gorzall, in Decretal. Tom. I. Pars I.

Philosophus ubi.

erat, ubi: Ambiguntur, quo casu omnes cognoscunt, quia quilibet habens iurisdictionem, five ordinariam, five delegatam, eam exercere, defendereque potest, cum persona de privi. in c. 6. & si iudices in sententia proferenda non consentirent, tunc eligendi erunt arbitri, a quibus diffidum componatur. Ita illam textum accipiunt Jacobus de Zochis in repert. ad hunc text. & alii congesi a Sahagun hoc, n. 12. Marra de iurisdict. 2. p. 4. n. 4. per totum.

Tercio opponitur text. in c. audita 3. de res. spol. ubi proponitur, post primum rescriptum, secundum facta prioris mentione fuisse impetratum ab adversario sub diversa forma: & deciditur, priores litteras per secundas non revocari, nec a da virtute prioris rescripti irritari. Igitur licet secundum rescriptum primi mentionem faciat, primum subsistat. Pro cujus textus expositione dicendum est, quod licet per rescriptum secundum prioris expressam mentionem faciens, primum irritetur, non tamen statim, sed ita demum si secundum praesentatum fuerit, & eas virtute procedatur. Cum enim secundum rescriptum illam habeat conditionem: Si eo utatur pars, quae illud impetravit, & ipsa possit eo non uti, interim processus factus virtute rescripti vires habet, nisi rescriptum secundum, non solum expressam mentionem primi habeat, verum & clausulam revocatoriam; in hunc, vel similem modum conceptam: Revocamus commissionem factam, & declaramus irritam, eo inano quodquid ex tunc fuerit gelum virtute dicta commissionis. Tunc enim omnia virtute primi rescripti gesta irritantur, c. 1. de concess. prob. in c. Clement. cod. tit. docet post antiquiores ibi Cov. pract. c. 9. Mancani. §. final. c. 256.

Quarto superiori assertioni adversatur in text. in c. ut debita, de appell. ex cuius serie deducitur, in concessis prioris, & posterioris rescripti illud praevalere, quod prius coram iudicibus fuerit praesentatum. Ergo secundum rescriptum vires habet, etiam non facta primi mentione, aut ea facta, adhuc primum subsistat, siquidem tantum inspicitur tempus praesentationis litterarum. Pro cuius textus explicatione, omissis traditis a Berojo in c. 1. hoc tit. n. 57. Narbona in l. 59. §. 1. tit. 4. l. 2. 3. Recop. dicendum est, ibi utam ex litigatoribus conventum fuisse coram ordinario, & ante diffinitivam sententiam prolationem ab aliquo gavamiae appellasse: unde ex eo, quod appellationis interposita tantum ad Pontificem destinauerat, vel litteras ab eo impetraverat, contendebat non tenere coram iudice ordinario iustitiam suam prosequi; & deciditur, excusari non posse ex eo, quod dicitur se prius rescriptum impetrasse, quo assignabatur iudex de ea cogniturus, nisi illud praesentaverit coram iudice delegato, ex ratione adducta in principio textus, videlicet ut honor iudicibus delectur; & expensis ac laboribus partium obvietur; quo interpretatio colligitur, tum ex illis verbis: Coram idoneo iudice, quo communitur ad ordinariam iudicem referuntur, c. 1. de offi. ord. c. significat, de ser. comp. tum etiam ex illis, ad superiorem iudicem, in quibus prohibetur appellatio ad superiorem iudicem ante diffinitivam sententiam, sine iusta & rationabili causa; Manifeste ergo offenditur, non agi de citatione coram iudice delegato facta, quia si de ea ageretur, & ipse citatus haberet rescriptum primum impetratum, non diceretur appellare ad superiorem, sed declinare iudicis citantis iurisdictionem; opposito suo rescripto. Etiam siquidem hunc solutio ex illo vert. Cum autem; in quo agitur de appellatione interposita a iudice ordinario ante diffinitivam sententiam; quia dictio illa, autem, adversaria est, & casum contrarium demonstrat; ut ex plurius notat Barb. de distinctionibus, verbo Autem. Cum ergo textus ille non loquatur de duobus rescriptis, non refragatur nostrae assertioni. Pro coronide huius commentarii notare liceat duas exceptiones, quas praesens assertio patitur. Prima est, si unum rescriptum sit generale, aliud vero speciale, tunc enim necessarium non est, in secundo prioris mentionem facere, c. 2. l. c. pastorali 14. §. ult. hoc tit. l. dudum 14. n. 1. c. quodvis 38. de prob. l. 6. Secunda tunc procedit, quando rescriptum primum ex aliquo vitio nullum est; tunc enim in secundo prioris mentio non desideratur, c. ex parte 12. hoc tit. non enim praestat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum, ut vulgo decantatur, & docet Menoch. l. 2. de arbit. casu 202. n. 44. Basil. legion. l. 8. de marita. c. 16.

Opponi etiam potest presentis assertioni textus in c. reor, de re iudic. cuius interpretationem in ejus notis assignabimus.

Explicatur c. 2. de elec. l. non ap. §. 1.

Opponitur c. 2. de elec. l. non ap. §. 1.

Traditur ratio de. eisdem.

D 2

tribuere, Dominus favente disponimus quem tamen tua fraternitas...

Varias enim questiones Alexandro III. proposuit Rogerius...

Non omnia haec una oratione complectuntur, quia nihil necessarium fit...

Contra quod mulier ignorans in facie Ecclesiae matrimonium contraxit...

Exemplum sit, si per manum laicalem illam occupavit...

Ita legitur in vulgatis, & in excusis libris Lugduni...

Ad hoc etiam notandum est, quod si iudex delegatus...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

flaret, qui duo casus in nostro textu proponuntur...

COMMENTARIUM.

EX hac decretali ista deduci potest assertio: Si per referentiam...

Supra tradita assertio diffinitur reddita ex eo, nam rescripta...

Augur hic dubitandi ratio primo ex eo, nam plerumque...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Si quis, ff. de legat. 2. litem 9. S. ult. cum l. seg. ff. de stipulat. servor. l. Gaius 46.

Deinde sciendum est, in disjunctivis verum, quare valgo...

Supra tradita assertio diffinitur reddita ex eo, nam rescripta...

Augur hic dubitandi ratio primo ex eo, nam plerumque...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

tionem existere, l. si plures 17. ff. de condi. institu. l. si ita solus 17. S. ult.

Ex his velut manuducimur ad resolutionem illius quaerionis...

Augur hic dubitandi ratio primo ex eo, nam plerumque...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Adhuc tamen Alexander nosse defendendum est, quia defectio...

Conclusio traditur & probatur.

Impedirentur praesentia aliter.

Si alternatis sufficit unum adimpleri.

De alternatis personarum.

De verbis alternatis.

De alternatis conditionibus.

De alternatis personarum.

De verbis alternatis.

De alternatis conditionibus.

De alternatis personarum.



apertis publici. l. in. C. de senatusconsulto. l. 2. C. de canone frum. Facit Tiberi Cæaris sententia apud Nicephorum Callistum l. 1. hif. fac. c. 17. his verbis: Si quid contrarium legibus per epistolum...

Responsio... Episcoporum... Tit. III. De Recriptis... COMMENTARIUM... CAPUT VII. Idem a Tornacensi Episcopo.

nario, ut supercedat, & itam rescribat superiori. Cui difficultati satisfaciendum est, dicendo quod licet in re. cum re...

10... Ilex... de penit.

tra, c. 3. ibi: In suspensio ita revertenda; potest enim pena dilata...

reorum. l. cum rei 28. C. de panis, l. si quis forte, eodem tit. nisi iuggerente iusta causa differri contingat...

CAPUT VI.

Idem a Fratris, & Abbati Monasterii de Gurnir.

Cum Ordinem b Cisterciensem professi, eo e privilegio, quo Fratres alii (ejusdem Ordinis) gaudenti; inter vos, & Clericos alios seculares super decimis...

NOTÆ.

- 1 a Fratris. Ita legendum est, non Fratris Cisterciensis, ut legitur in hac sexta compilatione; nec Cisterciensis...

quæ referunt Joannes Abbas, & plura tradita Manrique 22, anno 1162. c. 1. n. 12. Et anno 1169. c. 5. Et anno 1228. c. 1.

COMMENTARIUM.

Cum monachis Cisterciensibus privilegium ab Innocentio II. concessum esset non solvendi decimas, de quo in e. super, & de decimis, & ita monachi monasterii de Gurnir...

CAPUT VII.

Idem a Tornacensi Episcopo.

E Am b te. Et infra: Dudum quidem ante tuam e promotionem litera a nobis (si bene meminimus) emanant, quibus d Decano, & Ecclesie tibi commissa...

NOTÆ.

- 1 a Tornacensi. Tornacensis Civitas est in Provincia Belgica, vetus Flandrie urbs, cujus meminerunt Antonius in Itinerario...

nem non dici promotum in Episcopum: quorum sententia etiam confirmari solet ex e. ubi de his que sunt a Prelatis, in illis verbis...



